in grave supplicantium prejuditium; Ex primo coram M. V. deducitur quod talis concessio non potuit de jure concedi, nisi prius vocatis, et auditis supplicantibus de quorum maximo agitur interesse

Secundo; quod talis concessio nulli unquam hactenus fuit concessa in prejuditium Utentium Aquis D.ti Flum.is neque ullo jure, statuto, aut ordine permissum est, quinimmo ordines loquentes quod possint, et debeant augeri Aque Flum.is Blone disponant id fieri deberi per Comunitatem ipsius Fluminis ad beneficium publicum Utentium Aquis D.ti Flum.nis, et eorum expensis, et cujus etiam Commissarij onus est ad premissum effectum facere cava, seu purgare fontes, ut supra, et sic patet id non debere dicto privato concedi.

Tertio dicitur quod et forma statutorum dicte Aque D.ti Flum.nis non possunt a lecto dicti Fluminis diverti, sed ejus Utentes debent habere sstatorio per quas aque ipse revertantur in dictum Flumen, et sic non debere licere adversanti illas quo vult abducere

Quarto, dicitur quod et ipsismet Locis ubi Lonatus excavare fecit nonnulle Aque debebant decurrere in dictum Flumen et sic non potuit Lonatus in dictis Locis se intromittere juri Flum.is spectantibus, cum id sit onerij et curę Communitatis

Quinto. Dicitur quod tales Aque fontium

et scatebrarum, vel sortumenum ipse decrescunt, et arescunt, ut notissimus est, et ideo nulla ratione dici potest, quod Lonatus duodecim oncias Aquarum continuas introduxerit, nec id manutenere ullo pacto poterit, Cum sepe in ipso Flumine tempore Estatis, vel siccitatis, non adsint oncias duodecim Aquarum intotum, et persepe visum sit Flumine a Loco Paraviaghi infra intotum aridum Licet tot Flumina alia, et Fontes recipiat, et hoc adeo clarum est quod olim Excellent.mus Dom Ferdinandus Gonzaga cupiens Aquas in ipso Flumine introducere et illas exinde extrahere ad beneficium ejus Bonorum de la Gonzaga, fecit Loca, et aquas visitare per Peritos, et videns rem absque prejuditio juris tertii fieri non posse, retraxit pedem, quem nunc iste Lonatus retrahere non vult, quare si Lonatus tali Privilegio uti permitteretur actum esset de Molendinis, et Pratis Utentium, et quomanibus tangitur quantum prejuditiis publico, et privato id foret. Nec relevat etiam si Lonatus offerat detrahere semper et ejus onciis octo ad ratam decrescentiæ, quia hoc esset parare certam continuam contentionem, et Litem, quas solet Majestas Vestra toto conatu dirimere; accedit quod hoc pacto Lonatus inducaretur in possessionem ipsarum onciarum octo, unde sic supplicantes exinde in casu decrescentiæ vellent etiam prætinam diminutionem aquarum fieri in prejuditium Lonati ad ratam; ecce quod de rei fiunt Actores, et sub continuis

expensis, et laboribus iteretur comunaque; in quarum tamen quieta, et pacifica possessione etiam mediantibus comun legitimis Iuribus manutenendi sunt; aliæ quammultæ causæ præjuditialiter adsunt quas supplicantes credentes præmissas satis superque sufficere tacent ne ulterius Majestatem Vestram tedeant, sed illas, si expedient, loco, et tempore congruis deducerent; Verumipse Illustris Dominus Montius, stantibus d.tis Privilegiis Lonati, remanet perplexus, ideo coguntur supplicantes, ad Majestatem Vestram confugere

Supplicando ut dignetur mandare præfato Illustri Domino Montio, Mentis M.V. non fuisse per memorata Privilegia ipsi Lonato concessa inferre præjuditium tertio, nec ordinibus, et Iuribus d.ti Flum.is derogare, et ideo benè advertat ne inde sequatur aliquod præjuditium supplicantibus, quorum auditis rationibus provideat ne ex Lonati Privilegiorum concessione in eorum, et Flum.is Iuribus indebite damnum sortiatur quod cum honestum sit, speratur &

Serenisse Rex

Vidit Fid. M.V. Servus Io. Dominicus Lonatus supplicationem ei iathimatam ad cujus instantiam præcise nescitur nisi instans sit D. Carolus Mirabilia qui quoad potuit interposuit turbullos et quæcumque potuit impedimenta ut supplicantem qui non industria, laboribusque, et maximo dispendio

in hisce aquis augendis usus est, eis aquis priva
tur exhibitando alios utentes, et inter alios M. Do=
minos Marlianum et Simonetam figmenta
ejus insinuando, et quos procerto scit Senatus tan
quam Viros integerrimos nolle sub eorum dispeo
Supplicantem circumduci in Jure suo assequendo
sed hec ss mirabilia cum nonnullis subnectunt
ut adhuc aque a Supp.te introducte ad eorum non
Suplicantis beneficium decurrant, sed sperat M.
V. non esse id in parvum; non ignorat Senatus
Excellent.mus quod antequam Ill.mus Locumte
nens M. V. Diploma, de quo agitur concesserit Su
plicanti, voluit Votum ab eodem Amplissimo
Ordine, et ab Illustrissimo Magistratu Extraor
dinario habere qui responderint id cedere
utilitati publice ut etiam notum est, cumque
plura alia predia irrigabuntur que non solebant
et alia ibi recitata dignoverit, eam etiam adhi
buit diligentiam ut M. Montio huic Fluminis
Prefecto executio hujus rei daretur, qui per
optime studuit ut omnia recto tramite trans
irent, voluit enim proprius oculata fide ad pre
sentiam etiam Commissarii, Cancellarii et Cam
pariorum d.ti Flum.is ac Ingenieriorum ab eo
assumptorum, obstare, et demum opere perfe
cto tempore mensurationis facte stavum aqua
rum introducti eamdem diligentiam adhibuit
etiam presente Fisco, et vidit omnia recte pro
cedere, hec quoniam quecumque supra
biennium, et tam notorie facta fuerunt

nequis Utentium ea dissimulare posset, tamen Ill. ipse Montius voluit, licet Supplicans Lonatus ad id non teneretur, Syndicos dictorum Utentium, et nonnullos ex Utentibus citari, et sic non pepercit Supp. omni impensae, et labori ut ipse Ill. Montius dignosceret, Lonatum optimo jure foveri, unus autem tantum ex his scilicet Dominus Mirabilia comparuit, et multa figmenta opposuit, et postremo quod omnes ipsi Utentes citandi erant, et in hoc etiam Ill. Montius complacuit Mirabiliae, et ita cum infiniti essent ad formam Litterarum Excellmi Senatus citati fuerunt per publica Proclama, eisque statutus terminus ad opponendum si quod habebant ex mox alius terminus ad justificandum eorum oppositiones in quibus nil penitus ex adverso factum fuit, de hinc etiam bis citati fuerunt perhemptorie et ecce quod ordinatione jam notata, et pro bona ab ejus Cancellario habita ex ore ipsius Ill. Montii ipse Mirabilia non contentus adhuc quod per ambages deduxerit Supplicantem per tot tempus Procendari curavit, tanquam simulans nunc tantum scivisse quae per spatium annorum duorum et eo contendente factae sunt in hoc negotio, non ad aliud finem tendunt haec, Serenissime Rex quam ut fructum alieni laboris, et alienarum expensarum, et dispendiorum ipse cum caeteris percipiant, prout in ipso biennio

fecerunt, gaudendo scilicet Aquis supplicantis ab eo introductis contra omne jus, omnemque equitatem, nam si aliquid ii Utentes pretendebant, cur in dictis terminis eis statutis, id non deduxerant, et in tanto spacio temporis, quo introductio hec facta fuit summis dispendiis dicti Lonati, sed pro firmo tenet Supp.s qd M. V. non sit passura ulterius supplicantem circumduci. Verum ut etiam que deducuntur in dictis precibus, licet minus tarde dignoscantur ad hanc rem non pertinere, dicit Lonatus primum assumptum ex adverso quod teneretur Utentes vocare, id ullo jure comprobari licet, ut dictum est, et vocati, et eis statuti termini sint, quia sat est qd Diploma emanatum fuerit a Principe, cujus Flumen est, et non Utentium, nec eorum interesse in casu ipsarum aquarum facit, quin Princeps de Aquis maxime noviter introductis, et in quibus nullum interesse jusve pretendere possunt Utentes quicquid voluerit facere non potuerit, et tamen id cum beneficio Fluminis emanatum est quod licet Lonatus relinquat tertiam aquarum in ipso Flumine, et recedat ob aula quod in fine dictarum precum exclamant Adversantes quandoq. visum fuisse flumen infra locum Ravabiaghi aridum sed causam exprimere noluerunt, quia ex immoderatis Buccis accidit, non quod aque deficiant. Quod autem dicitur de pretenso facto Ill.mi Loraghi

quod ab Impressa destiterit, videns id si-
ne prejuditio juris tertii fieri non posse, hoc
periculum si factum fuit quod tamen non
apparet quis divinavit, Ill.mum Gonzagam
dicta de causa destitisse, sed quicquid sit si
unus destitit cogitur ne ob hoc alium desa-
vere jus suum, secundum vero assumptum
quod nulli hactenus concessa sit hec facul-
tas, neque ullo jure aut Statuto ordine me
permissum sit, quid etiam hoc ad rem fa-
cit, et quicquid sit, sic placuit Ill.mo Locumte
nenti, et Excell.mo Senatui, et si ex Statuto aut
aliter hec facultas daretur non utique ali-
quod Privilegium necessarium fuisset, sed si
Ordines Fluminis disponunt hoc augumen-
tum Aquarum fieri a Commissario expensis
utentium, cur est quod id factum non fuit,
sed tantum vellent nunc venire ad men-
sam paratam cum maximo dispendio Suppli-
cantis freti dispositione sui diplomatis, previo
Voto Excell.mi Senatus et de hinc etiam ab eo-
dem amplissimo Ordine approbati, ad tertium
dicitur quod licet ex forma Statutorum aque a
Cavo Flum.is diverti non possint sed reverti de
beant, tamen hoc nil etiam facit, nam nisi
tertias duas ejus quantitatis quas introduxit
extrahet ipse Lonatus, et sic Statutum non dis-
ponit prout nec disponere potuit super his,
que non erant in consideratione Statuentium
sed quod amplius querendum est cum id dis-

ponat

ponat diploma, ut quo velit ducere posit, nec
aliter Zonatus tam magnam impensam fecis-
set, et sat est quod id Principi placuerit, et quod
Supplicans contentus sit dimittere tertiam partem
in d.o Flumine. Quartum vero assumptum veni
non est in facto, nec unquam reperietur quod scili-
cet ex ipsismet locis, ubi Zonatus excavare fecit
nonnulle Aque decurrebant in dictum Flume
si recte videantur visitationes, et relationes, et pr
ut etiam ipse Ill. Montius edoctus et protesta-
tum quendam locum, a quo omnino tantum a
que relato est in flumen nunc decurrere, et
alias nulle decurrebant, et ad hoc bene advert
Ill. Montius, dum pro hac mcia voluit eam
bere considerationem, que de ceteris, quod autem
quinto et ultimo dicitur de decrescentia Aque
rum bene cognitum est ex adverso huic objec
facile esse responsum, et ab eismet adversariis
responsum fuit, dum dicunt fiendam esse de-
tractionem dicto casu eveniente ad damnum
Supp.ti ad ratam defectus Aquarum introduc-
tum, et hoc met ex diplomate concesso Supplica
ti disponitur, nec est quod dicant contentionem
paratum esse semper inter Utentes, et Supp.tes, na
hoc est omnis Communitati, et etiam ad id deputati
curandi ne Utentes Aquis abutantur, et sic unde
quaque hec apparent figmenta ne jactent
ii Adversarii dominos esse Aquarum Fluminis
in eorumque quieta possessione esse, quoad
quod hoc verum fuisset quod curore non vult

Supplicans nunquam tamen juste dicere po-
terunt esse Dominos Aquarum per Supplicantem
introductarum, sed hec omnia ut bene novit M.
V. deducuntur in medium ut Supp.^ti privatum
adhuc teneant commodo dictarum Aquarum
ut ipsi interea aliena fructa gaudeant, sed
quicquid est Ill. Monticus ad id delatus ex
Diplomate, omnia bene novit, et propterea ne
ulterius tedio afficiat M. V. Eam supplex
Supp.^s qui tutus est privilegio Ill.^mi Principis
Voto quoq. Excell.^mi Senatus super inde causa
maxime cognita dato ac qui opus bonum, et
publico, et privatis facit, nec potest in mentem
alicujus sensati cadere ut remaneat frauda-
tus, et deceptus sub clipeo d.^ti Privilegii, nec in
tantis damnis.

Rogat ut dignetur decernere partes ubi debere
juribus suis, nam si Ill. Monticus ubi quo hoc
negotio plene studuit vidisset ex adverso de-
ducto de jure, aut ex aliqua equitate pro-
cedere non utique ad expeditionem devenis-
set, que ex decreto Senatus super dicta adver-
sariorum supplicatione dilata fuit, et ita spera-
tur.

Serenissime Rex

Exterat Dominicus Lonatus tacere quod Do-
minus Carolus Mirabilia solus, ut ait, in
hoc causa compareat, cum immo preces si
legantur ipsorum sint utentium, quinim-
mo omnes conquerantur de d.^o Lonato quod

acquisierit contra dispositionem Juris, et Statuto et in eorum grave præjuditium id tentare, et ii opportuerit mandata publica majoris partis Utentium fient, et exhibebantur inter quos adsunt præcipuè Ill.mus et Rever.mus Cardinalis Cribellus, et Ill.mi D. Molianus, et Simonetta, Magnifici I.C. Camillus Crassus, et Ascanius Mononus, et Fratres, et Alphunsus Vicecomes, et Fratres, Dominus Bldratus Lampugnanus, et aliique quam plures Nobiles familiæ Cribellæ Zallavatæ, quæ brevitatis causa reticentur qui non annexis figmentis Mirabilia, neque ejus Consilio, quo non indigent moventur, sed pro defensione eorum jurium potiusque Senatus breviori uti cantilena quam adeo longe lateque decantavit super solemnitate, per eum servato ut concessionem de qua agitur subripiat, cum ex latere suo principalis defuerit solemnitas quæ est illa quod scilicet Supplicantes non fuerint vocati, prout de jure fieri debebat, nec eis fuerint inthimatæ preces, quibus talem concessionem Excell.mo Senatu expetebat, quæ si fuissent inthimatæ ut illis respondere potuisset, talem concessionem nec ab Ill.mo Gubernatore, nec ab Exc.mo Senatu obtinuisset, quia quis facile nullo contradicente, neque oppugnante, caput Mondum ad illud vero quod dicit id fuisse concessum V.to Fisci, et Ill.mi Dni Montii, respondetur quod cum prima facie falsis insinuationibus id publicæ utilitati fore demonstraverit Senatus, et de modico Fisci præjuditio tractaretur